

L 9 In der Arena

Flavia secum¹ cogitat:

„Quam pulcher est crinis², quam pulchra est domina! Quam bene cum servis agit.

Non est aspera, sed iucunda et bona.

Etsi Aufidius dominus asper et durus est, ego vitam miseram non ago.

Quam secunda fortuna est!“

Subito T. Aufidius Aridus cum Publio filio, puero decem annorum³, apparet;

veniunt ab agro.

Pater clamat: „Hodie gladiatores¹ spectare studemus.“

Et puer: „Veni nobiscum⁴, mater!“

Primo Maronilla matrona cessat, quod spectaculum gladiatorum¹ non amat.

Tandem Aufidii villa cedunt et amphitheatrum¹ petunt.

Dum intrant, gladiatores¹ iam magno ardore pugnant.

Homines gladiatores¹ magnis clamoribus incitant:

alii Columbum secutorem⁵, victorem multarum pugnarum,

alii Pulchrum retiarium⁶, virum magnum et robustum.

Ecce! Columbus retiarium⁶ gladio petit a sinistra, sed Pulcher ictum⁷ defendit.

Tum Columbus retiarium⁶ a dextra petit et verbis asperis invadit.

Publius pugna valde gaudet.

Subito populus clamat: „Habet⁸, habet⁸!“

Retiarius⁶ miser in arena¹ iacet et mortem exspectat.

Maronilla horret neque iam spectat.

Tandem audit: „Mitte⁹!“, et victori plaudit.

Dum Columbus arena¹ cedit, novi gladiatores¹ intrant, stant, salutant.

1) **sēcum**: im Stillen („bei sich“) 2) **crīnis, -is** m: Haar 3) **decem annōrum**: zehn Jahre alt 4) **nōbiscum**: mit uns
5) **secūtor, -ōris** m: Verfolger 6) **rētiarius, -i** m: Netzkämpfer 7) **ictum**: den Stoß 8) **habet**: er ist getroffen
9) **mitte!**: lass ihn laufen! (*Aufforderung des Publikums an den Veranstalter der Spiele*)